descendit ad terram. sciens quia non est opus
ſanis medicus. ſed male habentibus. Et quaſi
totũ ſe inſipidũ in paſſione reddidit. qui mitis
& manſuetus apparuit; De quo yſaias ait;
Et uidimus eũ non habentẽ ſpeciem. neque
decorẽ; Vocẽ attenuauit. quando pendens
in cruce dixit; Dſ dſ mſ ut quid dereliquiſti
me. Et ut pfecta in nobis eſſet liberatio.
morti & iã pro nobis ſe obtulit; Nec indignũ
debet uideri. ſi redẽptor nr̃ in aſſũpta hu
manitate galline ſe conparauit. in qua
& iã uermibus ſe aſſimilauit. ſicut ipſe p
pphetã dicit; Ego autẽ ſũ uermis & ñ homo;
Et pulchre ſe galline conparauit. qui pſecu
torẽ ſuũ herodem uulpẽ nominaſſe legit̃
dicens; Ite dicite uulpi illi. quia hodie
& cras miracula faciam. & die tertia profi
ciſcar; Callida enĩ beſtiola uulpes. inſi
diatrix & inimica gallinis conprobatur;
Ita quoque herodes callidus & ingenioſus
gallinã pſecutus .ẽ. quia dnm̃ cũ exercitu
ſuo ſpreuit; Pullus uͦ inſidiatus .ẽ. quia
aptos pſequi non deſtitit; Et ideo pſecutores
dñi uulpibus conparantur. cũ p propħam
dicitur; Ipſi uero in uanũ queſierunt animã
meã. introibunt in inferiora terre. tradent̃
in manus gladii partes uulpiũ erunt; Due
autẽ alę galline qͥbus pullos fouet. duo ſunt
dñi teſtamta; Vel due alę galline. moyſes
& aaron. p quos dñs iſrahelticũ poplm
de ęgiptia ſeruitute liberauit. ſiue ihſ &
Zorobabel. p quos & eundẽ poplm de captiuitate
babiloniæ reduxit; Sed his & aliis bene
ficiis ingratus. non ſolũ credere noluit.
ſed & iã nutritorẽ ſuũ morti tradidit;
Vnde & contigit eis merito qđ ſubditur;
Ecce relinquetur uobis domus urã deſerta;

Siquis corporalibus oculis [illegible]
ad litterã hanc dñi uocẽ eſſe impletã. [illegible]
mus dñi que nobilit̃ in hierłm aedificata ful
gebat; Et ppt̃ incredulitatẽ illorũ ad ſolum
uſque deſtructa .ẽ. a tito & ueſpaſiano. ita ut
non relinqueretur in ea lapis ſup lapidem;
Vnde & du dũ diſcipulis dño aedificia ciuitatis
oſtendentibus. ait illis; Videtis hæc omĩa.
Amen dico uobis. non relinquetur lapis ſup
lapidem qui non deſtruatur; Dicit nãque;
Ecce relinquetur uobis domus urã deſerta;
Domorũ illorũ ideo dicit. quia deſerta relicta
erat. que quondã domus dĩ dicebatur. quando
hoſtia & ſacrificia in ea offerebantur; Modo
domus urã dicitur. quia deſerta relicta .ẽ. quia
illi in incredulitate pſeuerantes. xpm̃ in cordib;
hoſpitẽ non receperunt; Qui ait; Ego ad hoſ
tium ſto. & pulſo; Siquis apuerit mihi. in
trabo ad illo & cenabo cũ illo. & ille mecum;
Impleta pphetia hieremiæ dicentis; Reliqui
domũ meã. dimiſi hereditatẽ meã; Facta ẽ
mihi hereditas mea quaſi ſpelunca hiene;
Quod .ẽ. paruũ quidẽ ſed ruſticũ animal.
nocte ſepulchra pfodiens. & cadaueribus
ueſcens mortuorũ; Cui merito conparant̃
iudei. qui xpm̃ negantes omĩ inmunditiæ
& iniquitati ſe tradiderunt. diſpſi de gente
in gentẽ. & de regno ad poplm alterum.
relicti ſine dõ. ſine lege. & ſine ſacerdotio.
impleta in eis prophetia quæ dicit; Famẽ
patiantur ut canes. & circuibunt ciuitatẽ;
Dico enĩ uobis. non me uidebitis amodo do
nec dicatis; Benedictus qui uenit. in no
mine dñi; Haec ſententia iuxta litterã
tunc impleta .ẽ. quando dñs ſup pullũ ſedens.
hieruſolimis ad propinquans. honorifice
a turbis ſuſceptus .ẽ. quando cũ ramis pal

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.12, 7v – Passiones et Homiliae sanctorum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-vfyk/5161/49414)